

qualis Themistocles fuit, & Pericles, & Cimo, & quicunque alij in administratione republice florenterant. **THE.** Per locum, istos inquam. **SOC.** Quid vero si nobilis equus esse studeas, & in ea arte sapiens, ad quosdam alios accederes, quam ad equitibus? **THE.** Ad nullos alios. **SOC.** Quippe ad hos ipsos qui equestri arte polent, & qui equis cum nostratibus, cum alienis quam plurimis videntur. **THE.** Scilicet. **SOC.** Eodem modo si sapienter iaculandi artem ad ipsa cupias, ad eos qui optime iaculantur, & qui multis tam alienis, quam propriis videntur. **THE.** Mihi quidem videtur. **SOC.** Age ita que postquam in civibus eruditus vis, ut in his sapiens fias, ad alios accedendum putas, quam ad hos civiles homines, qui disciplina civili summo opere valent, & videntur cum patria, tum aliis civitatibus: versanturque sibi in Græcis & in barbaris: An putas cum aliis quibusdam conversans, sapiens evadere in his in quibus ipsi sunt, & non in his ipsis? **THE.** Audivi Socrates, sermones quosdam, quos tuos alios, civium virorum liberos nihil meliores, quam cerdonum esse. Et mea quidem sententia vera dicit. Inspiciens ergo sim ego, qui de illorum numero esse possim, si mihi persuadam, aliquem istorum suam mihi sapientiam traditurum, qui quidem suos filios ipsorum minime iucent, putemque vel mihi, vel vili mortalium ad hanc rem posse proficere. **SOC.** Quid tu igitur optime hominum agas, si cum tibi filius esset, huiusmodi negotia exhiberet, ostendens cupere in optimum patrem evadere, succenseatque tibi quod nullam in te pecuniam eius gratia collocares, sed ipsos pingendi artifices parvipenderet, neque ab eis aliquid vellet dicere, tibicines item tibicen efficit volens, vel etiam circharædos? Habes quod cum eo agas, vel quò tandem illum mitteres, nolentem ab his discere? **THE.** Minime profecto habeo. **SOC.** Nonne igitur eadem hæc faciens, miraris atque succenses patri, cum dubitasti quid tecum agat, & quò te mittat, quem Atheniensium in administranda republica præstantissimorum cuiusque voluisses commendaturi eramus, qui tecum sine pretio veritatis fuisset: simulque & sumptibus peperceris, & ab huiusmodi consuetudine plus nominis quaesivisses, quam omnium ceterorum. **THE.** Quid igitur Socrates, nonne tu es bonus viris? Si me susceperis, fat habeo, neque alium quæro. **SOC.** Quid hoc dicis? **DEMO.** Non male dicit, o Socrates, neque mihi quoquam hoc iucundius vultusque, ut arbitror, esse possit, quam si huic tua consuetudo placeat, & si tu cum eo versari velis: & profectò pudore impediri dicere, quam vehementer affectem. Itaque ambos vos rogatos velim, & te ut velis hunc suscipere, & te ne alium, quam Socratem quaeras, meque maximis curis, & formidine plenis obsecro liberetis, quoniam nunc vehementer timeo, ne hic cuiuspiam alterius consuetudinem quaerat, à quo deinde perdat. **THE.** Ne vltimus mihi timeas, mi pater, si huic persuadere potes ut me suscipiat. **DEMO.** Redè loqueris, & ad te o Socrates, omni modo posthac oratio converteretur. Ego enim, ut brevis sim loquar, me simul ac mea omnia vel pharissima quoocunque indigeas, tibi libentissimè trado, si hunc Theagem susceperis, eique pro virili tua bene feceris. **SOCRATES.** Equidem, o Demodoce, studium hoc tecum non admiror, siquidem existimas maximè à me hunc iuvari posse. Non enim video

vbi maiore diligentia opus sit, si quis mentem modo habet, quam ut filium optimum reddat. Sed unde tibi hoc ita visum est, me videlicet tuum filium meliorem posse civem reddere, quam tute possis? Atque unde hic tibi persuasit posse magis à me, quam abs te ad hanc rem iuvari? Is enim vehementer admiror: tu enim primùm me senior es, deinde multis ac maximis apud Athenienses fuitus es magistratibus, neque te magis quisquam à popularibus Agnagyrus ac reliquis civibus honoratur. In me autem horum quocumque neuter vultum videt. Verum si civium virorum consuetudines Theages iste contemnit, aliisque quaerit qui instruere iuventam profitentur, est hic Prodicus Chius, & Gorgias Leontinus, & Polus Agrigentinus, aliique per multum, qui adeo sapientes sunt, ut cum vrbes adeunt, nobilissimos & ditissimos alliciant ad se iuvenes: quibus cum vel optimorum quoruncumque familiaritate gratis uti liceret, eorum assuetudine relicta, persuasit ad illos conferunt se, pretium atque id ingens, offerentes vltro, & gratiam insuper maximam habentes. Ex his ergo decebat te ac filium tuum aliquem eligere, me vero ad id elegisse non convenit. Nullam enim ex istis beatis & pulchris dicitur, scio ac dico (& ut paucis loquar) velim tamen mihi illas esse notas, verum semper nihil scire, præter exiguum quandam amandi disciplinam, qua vulgo præstantiorum, tum superioribus, tum etiam præteritis viris esse videtur. **THEA.** Videlicet pater Socratem hunc non admodum familiaritatem meam recipere: nam quod ad me attinet, paratus eram, modo ipse voluisset: sed hæc omnia ille ioco aduersus nos dicit. Noui enim meorum aequalium, & aliquanto seniorum nonnullorum, qui priusquam cum hoc versarentur, nullius erant pretij: postquam autem familiaritate istius vili futi, breui omnium supremi eorum euaserunt, quorum in simi prius erant. **SOC.** Nosti quale hoc sit, o Demodoce fili? **THE.** Noui per locum: si vobis enim, talis fiam, quales illi fuerunt. **SOCRATES.** Non ita, o optime, sed hoc te fecellit, quale sit: ego autem tibi dicam. Adest mihi diuina quadam forte dæmonium quoddam à prima pueritia me secutum: hoc enim vox est quædam, quæ cum sit, semper eius rei, quam facturus sum, diffusionem inuit, prouocat vero nunquam. Quod si quis amicorum mecum quandoque aliquid communicat, venitque vox, hoc illa diffusadet, neque facere sinit. Cuius quidem rei vobis testes dabo. Charidem virum bonum Glauconis filium noscitis: hic aliquando in Nemea stadio se exercitaturus mecum communicabat. Ac statim vbi dicere inciperet quod se exercitaturus esset, affuit vox: ego prohibui, edicens quemadmodum ipso loquente dæmonij vox extiterat, ne se exerceret. Ille vero, fortasse, inquit, significat tibi me victorem non euasurum: sed & si victoria non potiar, tamen hoc tempore me exercens, aliquid proficiam. Atque ita locutus, in certamen abiit. Opere pretium igitur est audire ab eo quid ei ex eo certamine contigerit. Iam si vultis & Chitomachum Timarchi fratrem rogare quid ei Timarchus dixerit, cum iam moriturus esset. is enim & Euathlus quidam cursor, qui illum fugientem susceperit, referet vobis quid ille tunc dixerit. **THEA.** Quidnam? **SOCRATES.** O Chitomache, inquit, equidem quamprimum moriturus venio, quoniam Socrati obtemperare nolui. Hoc quid ita dixerit Timarchus, ego exponam. Cum enim

enim surrexissent ex conuiuio Timarchus & Philemon Philemonis filius, interfecturi Niciam Hierocam mandari filium: soli enim insidiarum ij consensuerant: hic Timarchus, Quid ais, o Socrates, inquit. Vos quidem bibite, me vero oportet alio ire, redibo autem paulò post, si occasio erit. Tum mihi aderat vox. Itaque ne fugas inquam, solum enim mihi à dæmone signum factum est. Quæuit ille. Deinde paulisper commoratus ardebat iterum eundi cupiditate, dicens, eo iam Socrates. Et quia iterum vocem audiui, rursus illi cohibui, donec ille tertio latere me cupiens surrexit, nihil mihi dicens, sed obsecrans, cum ego mentem aliò aduertissem: & sic profectus ea patrauit, que mortis ei causa fuerunt. Hæc eadem ille fratri quemadmodum nunc ego vobis dixit, se scilicet moriturum venire, quod mihi credere noluisse. Audietis præterea ex multis qui in Sicilia sunt, que de exercitus clade prædixeram. Et præter id quidem ab his qui illa nouerunt, audire licet. Expectari verò dæmonij signum siquid forte dicit, etiam non possumus. In expeditionem namque exiit Samionus Cali filius. Mihi autem signum adfuit, proficiscitur verò nunc cum Thrasilo aduersus Ephesium & Ioniam militaturus. Ego autè illum existimo, vel intercedum iri, vel huiusmodi aliquid incursum, & de reliquo negotio vehementer metuo. Hæc omnia ideo tibi dico, quia potestas omnis ad familiaritates cum his qui mecum sunt insituta: das penes dæmonium est. Multis enim aduersatur, neque licet his auxilium ferre, qui meci inuito dæmone conuersantur: quare impossibile est mihi, cum his viuere. Multis autem hærere non prohibet, sed consuetudine nostra nihil omnino iuuat. Quibus autem fuerit in ipsa familiaritate potestas dæmonij, illi sunt de quibus illud animaduertisti, breui enim proficiunt. Sed eorum partim hoc beneficium firmum habet atque durabile, plerique vero quoad mecum sunt misere polleat: ubi disceserint, rursus nihil à cæteris differunt. Hoc quandoque accidit Aristidi Lytmachi filio, eius qui filius fuit Aristidis. Nam mecum commorans, breui multum profecit: postea verò in militiam profectus est, rediens deinde offendit apud me agerem Thucydidem Melilli filium: hic autem Thucydides pridie mihi inter disputandum nescio qua de re obiecerat. Cum me salutat, & quædam insuper colloctus esset Aristides, Thucydidem, inquit, o Socrates, audio gloriari & in quibusdam tecum etiam concertare, tanquam aliquid sit. Est inquam, ut dicit. Tu ille, Nò meminit, inquit, antequam tibi adhaereret, quale fuerit mancipiù? Non videtur inquam per deos. At ego, inquit ille, ridiculus sum. Quidnam maximè inquam? Quoniam priusquam hinc abirem, cū quous disputare audebam, nequialiquid videbar in dilecto deterior, adeo ut cætus præstantium virorū audacter adirem. Nunc autem contra fugio quemcunque eruditum esse intellexi, adeo pudore adducor ob inscitiam. Vtrū igitur inquam, eueffigio te reliquit illa vis, an paulatim? Paulatim, inquit. Quando verò in te incesit, vtrum accidit tibi aliquid à me dicenti, an aliter? Dicam, o Socrates, rem quidem per deos incredibilem, veram tamen. Nihil vnquam à te, ut ipse feci, didici, proficiebam autem quotiescunque tecum essem, & si in eadem solum domo essem, non tamen in eadem parte domus, magis tamen quoties eadem in parte. Et mihi quidem videbar multo magis, quando in eadem parte existens, aliquid te di-

centem intuebar, quam cum alio essem auertens. Sed longè magis proficiebam, cum apud te sedens, te tangebam. Neque autem omnis habitus ille de fluxit. Est igitur, o Theages, huiusmodi nostra consuetudo. Si enim Deo gratum est, permultum quidem & breui proficies: contra, minime. Vide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illorū erudiri, quibus in sua potestate sita est veritas qua cæteris proficit, quam à me fortuna quadam id assequi. **THE.** Mihi quidem sic faciendū, Socrates, videtur, ut consuetudine nostra de dæmone intelligamus. Quod si nobis annuerit, redè omnia: sin minus, quod agendum sit consilium habebimus cum, alterine cupiam adhaerere, cum hoc diuinum quod tibi insitū est, precibus & sacrificijs & alio quouis denique pacto, quo vates videntur, placare concur. **DEMO.** Nihil ad hæc, o Socrates, hinc adoleseenti repugnes: bene enim dicit Theages, o. Adquæ si videtur oportere sic agere, sic agamus.

MENO, VEL, DE VIRTUTE.

MARSIIII FACINI ARGUMENTUM.

Quæritur esse argumētationum generæ, quibus Plato utitur exemplum in dialetoem, rationationem, & enigmata, & quæ pælio sunt, sicut in Alcinoo exponendo, quod & nos tradidimus in lectationibus. Vbi etiam tres Platonicorum dialogorum species inuenimus, & quibus argumentationibus in vnaquaque dialogo speces uti solent. Ant eam solam inuenitur, sicut in consuetudine dialogorum, aut solam vix exponi ac doceri, aut in vnaque versatur. Prima in quæstionibus, & conuersationibus, Expositio alter, Proterras mixta est dicitur. Meno autem licet mixta sit, maior tamen ex parte conuersatiua est conuersatiua, & omnes argumentationes attingit. Vnde qui ex alijs Platonicis dialogis, qui ad expositionem multum, quam ad disputationem pertinet, sensu colligit, & Meno hinc adiciat, difficile summam disputationis bonæ elicere possit. Est autem hæc quæditio, sit & quomodo nobis ad ipsa inuenire. Id Socrates efficit, dum quatuor Meno, Aristippi, Gorgia, et Prodicus de virtute disputationes conuersatiua & disputationem suam post illas indolentem generis obiectionibus retrahat. Virtus quippe ex redargutione falsitatis elicit. Est autem bonitas virtus, affectio que habet animæ, que potestatem naturalis eius, quam optime sumam opus exercet, que ad finem in libro de Republica traditur. Opus cuiusque patet esse optime exercitum, cum ad finem suum dirigitur. Quod ad finem conuersatiua virtus dicitur. Merito igitur in hæc disputatione, conuersatiua virtus efficienda esse traditur, et ut dicitur, et ea quibus agendum videtur, virtus reddat. Illa utique definitio bonæ dicitur, ut sita in virtute, virtutibus est ceteris. Partium profectus plures sunt, pro virtutis animæ et altum dicitur, sicut quibus: vna tamen qua dicitur est conuersatiua virtus ratio, semper inspicitur. Prima vis animæ mea est, cuius altus est perpetua contemplatio virtutis. Secunda ratio: cuius altus virtutis intellegatio. Tertia phantasia, cuius altus collectio eorum que sensus eius nunciat, partemque perij, illa dicitur. Atque hæc sunt tres animæ, que in conuersatiua dicitur. Resistant tres alia, que appetitibus virtutis altus, et insensatiua vis & concupiscentia. Phantasia autem appetere que mens & ratio potest, insensatiua, appetere que ratio et phantasia proponit. Concupiscentia autem appetere que phantasia sensatiua obtinet. Sed insuper ista duo substantiam suam dicit, et non dicitur, ut sit hæc cum superioribus, aut nihil, aut vis et partem admodum ac virtute communitat. Affectio mentis que contemplationem perficit, sapientia est: que rationis indagatorem scientia atque prudentia. Scientia quidem indagatorem eorum que natura facit, prudentia consulationem in his que nos agimus. Quæ phantasia dicitur, opinio recta, quam sapientia quidam vocant. Illa ita conuersatiua & liberalitas. Insensatiua fortitudo est, prædictioque. Concupiscentia conuersatiua, summi et temperantia. His omnibus est commune, ut quælibet eorum sit affectio, autem virtutis naturalis perfectionis, dum de eorum tradit, & virtutem ad finem virtutum esse quædam. Virtus vera virtutes dicitur, quæ dicitur. Sapientia quidem natura est, cum atque ratione omnium in mente complexio, perceptioque, virtutis summi. Scia

Tria dialogi virtus.

Vires anime cognita.

Vires appetitiua.

Vigores duo

via per doctrinam philosophia quae remissionem praestat, acquiritur, dum ratio quae penitus alio abiecit, ad mentem concessa remissionem iterum alias recuperat. Prudentia doctrina simul & longa usum rerum aduenit. Reita opus exemplis, autoritate, & dictione, spiritus, iustitia, fortitudo, et temperantia, ceteraeque, morales virtutes prudentiae rebus, opinionis legitibus & exercitatione legitima perficiuntur. Nihil duo haec moralium virtutum principia Plato posuit prudentiam et rectam opinionem. Quamobrem prudentia sapienter totius moralium virtutum apud Platone nomen usurpat. Est & virtus quaedam ad rectam opinionem attinens, qua legitimi principes ac cives, in agendo honesta, contemplationis tamen experientiam bonum publicum curant, quae civilem peritiam nominat. Eandem Plato facultatem, & in Theaet. & in praefatis Menone, haud aliter, quam forte divina, dicitur civilibus hominibus diffusat. Haec igitur summa quae in Platone contradictione veniens, obliuione, & variatur. Disputationem vero istam de remissionem Geometriae, figura in argumento tractare idcirco non placuit, quoniam non ea principalis, sed ut accessoria est inserta. Argumentum autem summam rei capiti, requirit. Singula quippe discutere non arguimus, sed commentari potius est officium.

MENO, SOCRATES,
PYLE, ANTYVS.

Potesne mihi ostendere Socrates, docteri virtus possit, necne, an exercitatione potius acquiratur? Aut num fortasse nec doctrina, nec vis hominibus comparatur, sed ipsa natura, vel alio quopiam modo hominibus infus? s.o. Haecenus o Meno, Theffalici homines inter Graecos illustres, tum equestri facultate, tum etiam diuinitus habiti sunt: nunc autem, vt mihi videtur, sapientie nomine ac nihilo etiam minus amici tui Aristippi Larissici concius. Atque eius quidem rei autor vobis Gorgias extitit, qui in vrbem vestram profectus amicos sibi ob sapientiam comparauit cum Theffalico, tum maxime Aleuadarum primos, ex quibus amicus tuus Aristippus originem ducit. Quamobrem sic vos Gorgias affuecit, vt intrepidè & alto animo interrogantibus respondeatis, quemadmodum scientes decet. quippe & ipse concedebat Graecorum cuique rogare quicquid quique vellet, ac nemini non respondebat. Nobis vero, o amice Meno, contrarium contigit: siquidem sapientia nostra quodammodo iam exanimè, atque ex iis locis ad vos diuertisse videtur. Itaque si quicunq; nostrorum hominum hoc pacto percontaris, nemo erit qui non rideat ac dicat: O hospes, fortè tibi beatus quidam videor, ac nosse virtum doctrina, an alia quadam ratione virtutis hominibus comparatur. Ego verò vsque adeo ab hac cognitione absum, vt planè nec quid ipsa sit virtus intelligam. atque ipse quoque o Meno, sic affectus sum: in eadem quippe paupertate animi qua & concius me, verior ac me ipsum saepe ac cuso, vt pote quid sit virtus penitus ignorans. Cum verò quid fieri nesciam, quoniam pacto qualis sit norim? Num tibi fieri posse videtur, vt qui nullo modo quis Meno sit, norit, vtrum bonus, diues: generosus, an contra sit, norit? m.e. Mihi quidem nequaquam. At verò ipse reuera, o Socrates, quid si virtus ignoras? Ista de te domi renunciamus? s.o. Non id quaerò solum Meno domi dices, verum etiam quòd nullum vnquam, vt mihi quidem videtur, isthuc scientem nactus sum. m.e. Nunquamne igitur Gorgiam cum hic commoraretur conuenisti? s.o. Equidem. m.e. An hac ignorare tibi visus est? s.o. Haud satis, o Meno, memini adeoque quid

Gorgias ratione in virtutibus commorandis, quae hoc diligo referatur a probat. Ari. pol. lib. 7.

tum mihi visum fuerit, in praesentia referre nequeo. Sed fortè & ille nouit, & tu quid ille docuit, tenes: referre mihi eorum quae dicebat memoriam: aut si minus id placet, tute ipse declara. Nam tibi forsitan cum illo conuenit. m.e. Conuenit equidem, s.o. Eum igitur cum abisti, omittamus: ipse vero, o Meno, die per deos obsecro, quid esse virtutem existimemus: dic in qua, nec inuideas, vt fortunati cuiusdam mēdaci redarguaris quidem tu & Gorgias id nosse videamini: ego verò nemini vnquam hoc fecerit occurrisse dicam. m.e. At, o Socrates, nequaquam difficile est id dicere: & primò quidem si libet, quae vix sit virtus. Haec planè est, ad ciuiliu reru administrationem sufficientē esse, iisque tractandis amicos iurare, inimicos ledere, necnon diligerenter cauere ne quid ipse tale aliquando patiar. Quòd si vltius quae sit mulieris virtus nosse requiris, neq; id arduū erit. Est enim mulieris virtus, domum rectè gubernare, dum curat domestica, viroq; obedit. Alia quoque virtus est pueri foeminae; & masculi, & viri iustitiae grauis: necnon liberi, si velis, alia, & alia item si velis, serui. Atq; aliae per multae virtutes sunt. Quamobrem haud deest, quid de virtute dicamus. Enumero in vnaquaque actione atq; etate ad vniquodque opus singulis hominibus videtur. Toridem praeterea & de vitio, o Socrates, vt arbitrari, dici possent. s.o. Nò parum mihi videtur fortunatus, o Meno: siquidē vnā virtute inuehigās, examen quoddam virtutū apud te habitantium reperi. Veruntamen, o Meno, si eadē examinis similitudine percontanti mihi, quae sit apud substantia, multiplices earum esse substantias respondisses, ego verò iterum te rogem, nūquid eas multas, & varias, inter se, differentes eo esse dicas, quo apes sunt, an alio quopiam, veluti pulchritudine, vel magnitudine, aut alio quopiam, quid in qua, sic interrogati potissimū responderes? m.e. Quòd eo quòd apes sunt, minimè inter se differunt. s.o. Et si ego post haec roge, quid ergo est, o Meno, quo nihil inter se differunt, sed idē sunt cunctae habes quod respondeas? m.e. Habeo profectò, s.o. Eadē itaq; ratione virtutes quamquam multae atq; variae sunt, vnā tamen speciem quandam in omnibus eandem habent qua virtutes existit, in quam respicere decet eum qui respòsurus sit interrogati cuiquam quid virtus sit. Tenes quid dicam? m.e. Intelligere videor, nondum tamen, vt vellem, quod quaeris planè comprehendo. s.o. Vtrum vero circa virtutem id solum, o Meno, tibi videtur, aliam quidem viri esse, aliam mulieris, & aliam reliquorum, an etiam circa sanitatem magnitudinemque, & robur eodem modo, vt alia quidem viri sanitas sit, mulieris alia? an potius eadem vbiq; sanitatis species est, si quidem sanitas sit, seu viro, siue mulieri, siue alteri cuiquam: adde m.e. Eadem mihi sanitas & viri simul & mulieris esse videtur. s.o. Nónne igitur si quidem robusta sit femina, eadem specie roboris robusta erit? Cum enim eadem dico, nihil differt, quā robur, vt robur sit, seu viro, seu mulieri in sit, num tibi differre quicquam videtur? m.e. Minimè. s.o. Ergo & virtus, vt virtus sit, inter se aliq; iuuenem, an senem, an virum, an feminam ornet? m.e. Mihi quidē, o Socrates, hoc ceterorum simile nequaquam esse videtur. s.o. Nónne viri virtutem esse dixisti, rectè Republicam gubernare, mulieris verò domum? m.e. Dixi equidem. s.o. An potest quisquam ciuitatem, vel domum, aut aliq; aliud rectè disponere, nisi temperate

Confutatio ex inductione.

ratè ac iustè disponat? m.e. Non certè. s.o. Nónne si temperatè iustèque inlithuunt, temperantia iustitiaque inlithuunt? m.e. Necessè est. s.o. Vtrisque igitur tam vir, quam mulier indiget, si boni futuri sint, temperantia scilicet atque iustitia. m.e. Apparet. s.o. Quid vero puer ac senex quatenus imtemperati & iniusti sunt, num boni fiunt? m.e. Nequaquam. s.o. At dum temperati & iusti. m.e. Ita. s.o. Vniuersi igitur homines eadem ratione boni fiunt: nam eorundem participatione boni semper efficiuntur. m.e. Videtur. s.o. Nunquam eadem ratione boni sint, nisi illorum virtus sit eadem? m.e. Nunquam. s.o. Quoniam ergo eadem virtus est omnium, conare in memoriam reducere, quidnam hoc esse Gorgias dixerit, ac tu vna consenseris. m.e. Quidnam aliud quam praese hominibus posse si quid vnum in omnibus exigit. s.o. Requiro equidem, atram eadēme pueri & serui virtus erit, o Meno, praese posse domino, ac videtur tibi etiam tum seruis esse, cum imperat? m.e. Haud certè mihi videtur o Socrates. Neque enim isthuc optime vir, fas esset: sed hoc rursus considere, vtrum dominari posse aliquem putas, si iustè praese dicamus: immulè verò, nequaquam. m.e. Puto equidem iustitia enim virtus estis o. Vtrum virtus, o Meno, an virtus quaedam? m.e. Quo pacto id ais? s.o. Quemadmodum de quouis alio, vt ecce de rotunditate figuram quandā esse dicere, non simpliciter figuram, ob eam sanè causam ita loquerer, quia alia quoque figurae praeter rotunditatem sunt. m.e. Rectè inquis. Atqui & ipse non iustitiam tantum, verum alias quoque virtutes esse dico. s.o. At quas dicis alias, explica obsecro. Equidem si me de alis figuris interrogasses, vtrique respondissem itaq; tu quae sint aliae virtutes, ostēde. m.e. Fortitudo igitur mihi videtur esse virtus, temperantia, sapientia, magnificētia, ceteraeq; per multas. s.o. In idē recidimus. Multas rursus virtutes, dum quaerimus vnā, inueniemus, sed alio pacto: vnā verò quae per omnes id iustitiam, reperire nequimus. m.e. Nondum queo, o Socrates, quod quaeris, vnā in omnibus virtutem quemadmodum in ceteris assequi. s.o. Non ab re quidem ego si modo potuerim, perducere nos conabor. Videlicet sic in cūctis cōtingere, si quis te at petat idem quod modò dicebat, quid figura sit, ac tu quòd sit rotunditas responderes: & ille tibi quae & ego inferret, vtrum rotunditas sit figura, an figura quaedam, an nō illi diceret figuram quandam esse? m.e. Profus. s.o. Nónne ob id quòd alia quoque figurae sunt? m.e. Ita. s.o. Quòd si quales ille sint quaerat, cūctisq; responderis? m.e. Equidem. s.o. Quin etiam si de colore similiter quid sit quaerat, & tu quòd albedo sit dicas, ac ille sic deinde roget, vtrum albedo color sit, an color quidam, inferretne colorem quandam ob hoc esse, quòd alij quoque colores reperiantur? m.e. Maximè. s.o. Si iterum colores ceteros referre iusserit, narrabis vtrique & alios multos, qui nihilominus quam albedo colores sint? m.e. Narrabo. s.o. Quid si ille sic, vt ego nunc, sermone progrediar, dicatque quòd in multa semper recidimus, quòd ille fieri nequaquam permittat: cumque haec multa vno nomine nuncupes, dicatque omnia figuram esse, inter se contraria sint licet hoc autem quod non minus rotundum contineat, quam rectum, quam quidem figuram nominas, & nihilo magis rotundum quam rectum figuram esse tu dicis, an sic dicis? m.e. Sic planè. s.o.


Cum ita dicas, inquam, nunquid rotundum magis rotundum, quam rectum, aut rectū magis rectum, quam rotundum esse dicis? m.e. Nō certè, o Socrates. s.o. Veruntamen asseris rotundū nihil magis figuram esse, quam rectum, neque rectum magis quam rotundum. m.e. Vera narras. s.o. Quid igitur sit, cui figurae nomen cōperit, declarare contigit. Si itaq; sic percontari de figura siue colore, te nequaquam intelligere quid ipse velit, respondeas, vehementer admiretur arbitror, ac dicat, an non intelligis, quòd in iis omnibus idem quaerit? Non habes, o Meno, quod dicas, si quis quaerat quid in rotundo sit ac recto, & ceteris quas figuras appellas, in omnibus idem? Explica quaeso, vt hoc pacto ad disputationem virtutis te pares. m.e. Nequaquam, sed ipse, o Socrates, edisserere. s.o. Vixne tibi gratificer? m.e. Ommino. s.o. Vis tu contra virtutis quaestionem deinde soluere? m.e. Equidem. s.o. Expediendum iam est, decet enim. m.e. Et maxime quidem. s.o. Age experiamur quid figura sit experire, & vide vtrum istud admittas. Esto itaque id nobis figuram, quòd solum ex omnibus semper colorem sequitur. Satisne tibi hoc est, an forte aliud exigit? Ego enim fat habeam, si mihi posthac virtutem ipsam ostēdas. m.e. At istud absurdum quiddam est, o Socrates. s.o. Quamobrem? m.e. Quoniam figura secundum rationem tuam est, quae semper colorem sequitur. Si ergo colorem quis nolle negaret, eodem modo quo circa figuram dubitans, quid illi potissimū responderes? s.o. Vea equidem. Nam si quaeroget sapientum illorum & contentiosorum ac litigantium aliquis sit, respondeat vtrique me dixisset: quòd si minus rectè dixi, ad te nunc atque respondeat, ac mea dicta refutaret. Sin autem quemadmodum nos sumus, illi amici sint, veltiq; tantum disputare, decet profectò mitius, & magis dialectico more respondere. est autem fortasse dialecticum magis, non modo verum proferre, sed ius illud rationibus approbare, quas & ille qui rogat, planè se nosse fateatur. Hoc itaq; nunc tecum differendo vti conabor. Dic ergo, nunc finem appellas terminū quemdam, atque extremum? Hae enim omnia velut idem profero: fortè vero Prodicus is tanquam differentibus vteretur. Tu autem nunc dicis terminū aliquid atque finem: nihil quippe diuerfum is verbis intelligo. m.e. Dico sanè, & quod ais, intelligere arbitror. s.o. Cr. Et planum aliquid vocas, & solidum aliud, cuiusmodi quae in geometria tractantur? m.e. Voco equidem. s.o. Cr. Iam igitur quid figuram esse dicam, ex iis percipies: in omni quippe figura id assero, figuram esse id in quòd solidum desinit. Atque, vt summarim dicam, figuram apello solidi terminum. m.e. Colorem vero quid vocas, o Socrates? s.o. Cr. Haud equum facis, o Meno: hominiam seni onus imponis respondendi tibi vultu autem memor quid Gorgias virtutem esse dixerit, desinitur minimè vis. m.e. At postquam tu mihi hoc declaraueris, o Socrates, tibi illud referam. s.o. Etiam absconditus hic aliquis, & loquentè tantummodo te audiens, intelligat, pulchrum esse te amatoribus non carentem. m.e. N. Quid ita, s.o. Quòd nihil quam continuo in sermone imperitas, quòd facere delicatissimi & formae fiducia, adhuc tyrannidè exercentes solent. Simul ita de me statibus fortitan, inferiorum elegantibus illis esse: gratificabor itaque tibi, & respondebo. m.e. Cr. Gratificare obsecro. s.o.

Vixne

Vt sine tibi secundum Gorgiam respondeam sic maxime assentieris? ME. Quidni velim? SOC. Nonne defluxus quidam secundum Empedoclem SOC. Ac manare dicuntur? ME. Et maxime quidem SOC. Ac porrid est, incatus in quos & per quos etiam defluxus huiusmodi manant? ME. Omnino. SOC. Ex defluxibus autem quosdam poris quibusdam cogruere, quosdam minores, aut maiores esse? ME. Sic est. SOC. Nunquid & visum aliquid vocas? ME. Voco. SOC. Ex his iam quid velim, vt ait Pindarus, accipe. Est enim color defluxus quidam figurarum, visui congruens atque sensibilis. ME. Optime mihi, o Socrates, respondisse videris. SOC. Forte quia quae solitis es audire, nunc responsum est tibi, & simul aduer- tis, quod ex hac responsione facile etiam definire queas, quid vox, quod odor sit, ceteraque huiusmodi plurima. ME. Prorsus. SOC. Atqui tragica, o Meno, ista responsio est: tibi magis quam figura definitio placet. ME. Mihi vero. SOC. At mihi quidem, o Alexidemi fili, minime persuadeo esse enim illa altera melior, ac puto neque tibi illa placebit, nisi forsitan quod heri dicebas, abundum tibi est ad mysteria: sed mane, atque huiusmodi mysteria initiare. ME. Manerem o Socrates, si huiusmodi multa diceres. SOC. Nihil vtiue praetermittam, quin talia quaedam & tui sim- & mei gratia dicam. Vtcor tamen ne minus possum huiusmodi plurima dicere. Ceterum iam ad promissa seruanda nobis accingere, ac in commune quid virtus sit, exprime, nec vt fecisti haecenus, vnum in multa disceptas, quod iaci in eos solet, qui idem vbiue discunt: sed integram atque sanam: tunc tandem quid virtus sit, ex pla vero loquendi a me accipisti. ME. Videtur mihi, o Socrates, virtus esse, vt poeta inquit, gaudere honestis ac posse. Atque ego id ipsum virtutis voco, honesta quidem appetere, eaque consequi posse. SOC. Num honesta cupientem, bona cupere dicis? ME. Omnino. SOC. Nunquid ita loqueris, quasi sint nonnulli qui bona cupiant, quidam vero qui mala? ME. Imo. SOC. Non omnes igitur, o optime vir, bona tibi appetere videtur? ME. Mihi nequaquam. SOC. Quidam itaque mala? ME. Ita SOC. An ita dicis, quasi quae mala sint, bona esse opinentur, aut etiam noscentes quod mala sint, nihilominus illa cupiant? ME. Vtrumque aio. SOC. An cenfes aliquem cognoscentem mala quod mala sint, illa tamen apparere? ME. Arbitror. SOC. Quid autem exoptare hunc dicis? Num, haec sibi adesse? ME. Adesse sane. nam quid aliud optetis? SOC. Vtrum qui mala desiderat, mala esse cognoscent, prodesse cum ad sint, existimat? an vnum quodque potius sua praesentia laedere? ME. Sunt certe, qui mala prodesse putet, nec desunt qui obesse cognoscant. SOC. Videntur tibi mala nosse quod mala sint, qui mala prodesse cuiquam opinantur? ME. Haud sane id mihi videtur. SOC. Ex his igitur pater eos non appetere mala, qui illa minime norint, sed illa potius quae bona esse putauerint, cum tamen mala sint. Quapropter ignorantes illa, bonaque existimantes periculum est bona potius exoptare. An non? ME. Sic isti se habere videntur. SOC. At vero qui mala quidem assentiant, vt ipse inquis: eaque cuiusque accidunt, obesse censent: norintne quod illorum praesentia laedantur? ME. Necessario sequitur. SOC. Quid vero laesos homines, nonne isti miseris esse quatenus laesi sunt, opinantur? ME. Hoc quoque necessarium. SOC. Miseros autem nonne infelices? ME.


Reor equidem. SOC. Estne aliquis qui miser & infelix esse velit? MEN. Non videtur. SOC. Nemo igitur mala vult, si quidem talis esse minime velit. Na quid aliud est esse miserum, quam cupere mala, in caque incurreret? MEN. Vera loqui videris o Socrates: nemo enim vult mala. SOC. Nonne paulo ante dixisti virtutem esse bona velle, ac posse? MEN. Dixi equidem. SOC. An non ex eo quod dictum est, voluntas quidem ipsa omnibus adest, atque hac ratione alius alio melior non est? MEN. Apparet. SOC. Ergo si quidem est alius alio melior, nec id secundum voluntatem, sequitur vt secundum potentiam sit melior. MEN. Sequitur. SOC. Secundum igitur rationem tuam, hoc est virtus, honorum comparandorum potestas. ME. Sic prorsus se habere videtur, vt nunc accipis. SOC. Animaduertimus post haec, vtrum id vere asseras necne. forte enim bene loqueris. Dic igitur, bona adipisci potest, virtutem esse dicis? MEN. Istiuc ipsum. SOC. Bona vero nonne haec vocas, cui sanitate, diuitias aurumque & argentum plurimum possidere, honoribus praeterca & magistratibus in Repub. fungimur, non alia quaedam praeter ista bona nunc cupas? MEN. Nequaquam, sed omnia bona huiusmodi esse dico. SOC. Eia, aurum atque argentum acquirere virtus est, vt inquit Meno, magni regis patrius hospes. Vtrius vero adis lucro o Meno, iuste ac sancte lucrari an nihil interest, sed est iniuste quis ista possidet, nihilominus quae ista huiusmodi virtutem vocas? ME. Nequaquam o Socrates, sed vitium. SOC. Omnino igitur, vt videtur, huiusmodi virtutis praesentia opus est. Alioquin virtus minime erit, quamuis bona sibi videret. ME. Qui enim sine his virtus existat? SOC. Non suppeditare aurum & argentum, quando minime iustum sit, aut sibi, aut alteri, neque etiam virtus est haec egestas? ME. Videtur. SOC. Nihil magis igitur horum bonorum copia virtus erit, quam inopia. Vtrum vt videtur, quod est virtus cum iustitia sit, virtus est: quod aut absque illa eiusque similibus, prauias. MEN. Videtur mihi necessarium esse quod dicis. SOC. Nonne vnum quodque horum paulo ante virtutis parte esse diximus, iustitiam & temperantiam, ceteraque huiusmodi? MEN. Diximus plane. SOC. Sicine, o Meno, me deludis? MEN. Quorsum haec o Socrates? SOC. Quonia cum orassem ne amplius virtute confunderes, necue disceptares, & exempla respondendi dedissem, hoc neglecto virtutem esse dicis, bona cum iustitia comparare posse, iustitiam vero virtutis parte esse confes- sus es. ME. Sic est. SOC. Nonne efficitur ex his quae concessisti, virtutem esse agere cum parte virtutis, quicquid agit? Iustitia enim & huiusmodi singula virtutis particularis confiteris. ME. Quid tibi? SOC. Quia cum rogassem vt totam ipsam virtutem ostenderes, quid ipsa sit, nullo modo explicuisti: omnem vt- ro actionem quae cunq; cum parte virtutis sit, virtutem esse dixisti, quasi quidam virtus sit, dixeris atque ipse intelligere tum queam, si abs te in particu- laribus diuidatur. Eadem igitur questio rursus, o Meno, tibi suboritur, quid virtus sit, si quidem omnino actio cum virtutis parte sit virtus. Id namque tunc dicitur, cum omnis actio cum iustitia virtus esse definiatur. An non eadem iterum quaestio opus esse vides? Num putas quempiam virtutis partem aliqua nosse, qui totius naturam minime norit? MEN. Non videtur. SOC. Si enim memineras quae in superio-

ribus de figura tibi respondi, reieciimus vtiue respon- sione illam quae per ea fit quibus vltiori proba- tione opus est, necdum rata habetur. ME. Et meo- rum quae profertur rationem reddere possent. Tradit praeter Pindarus, & ceteri quicunq; Poe- tarum diuini sunt, talia quaedam quae aduerse queo, num vera tibi videntur. Ferunt enim homines an- gnum immortalē esse, eumque tum decedere quod quidem mori vocant, tum iterum redire, interire ve- ro nunquam. Quam ob causam vitam quam sanctis- sime agere monent. Quicunq; enim pornas antiquae miseriae Proserpinae iam dederunt, iis illa ad super- num solem non anno rursus animam reddit, quo- usque in reges gloria, sagacitate, sapientiaque pra- stantes euadant. Reliquum autem tempus sancti ho- moes inter homines vocatur. Cum ergo animus im- mortalis sit, ac seipsum in hanc vitam redierit, vidi- ritque peripse & que in hac, & que in alia vita sunt, omniaque perceptorit, nihil vtiue restat quin ipse, didicerit. Quam obrem nihil mirum est, si eorum quae ad virtutem & ad alia pertinent, remissis possit: quippe cum olim illa cognouerit. Cum enim tota natura cognata sit, ac libimet cōsona, & animus cō- da didicerit, nihil prohibet hominem vnius cuius- dam remissentem, quam disciplinam vocant, reli- quia omnia recupetare, si quis adeo constans sit, vt querendo minime fatigetur. Querere igitur ac dis- scere, remissentia est. Quapropter litigiosa illi tra- gumentationi nequaquam credere deceptis: ego enim nos quodammodo redderet. Ea quoque molli- tibus hominibus ministrare placet. Ratio autē nostra solertes rerum inuestigatores efficit, quae ipse vt po- te vera fretus, vna tunc quid sit virtus percurat desidero. ME. Imo, o Socrates, sed num absolute id asseris, nos minime discere quam vero disciplinam vocamus, cum remissentia esse? Porro sic hoc ita esse me doceres? In superioribus quoque, o Me- no te callidum esse dixi, & nunc rogas vtrum docere te possim, cum ad nullam esse disciplinam, sed remi- nescentiam asseruerim, vt euestigio mihi ipsi repu- gnare videar. ME. Per loquem, o Socrates, non hoc instituebam, sed esse iudicem potius quidam ita lo- cutus sum. Quod si qua ratio illud mihi ostendere potes, ostēde obsecro. SOC. Haudquaquam facile est tui tamen gratia conabor. Vt enim huc ad me vnum aliquem quem voles ex multis qui te sequuntur, ad- certe, vt in eo demonstrationem hanc experiamur? ME. Libenter. Heus tu, huc ades. SOC. Grece scire est? & Graece loquere? ME. Et Graece est, & in domo mea genitus atque educatus. SOC. Attēde igitur nunc illi in memoriam reddendam, an doceam. ME. Atten- dam certe. SOC. Die agēs puer, cognosce illud: scilicet hoc tale spatium quadrangulum esse? v. Equidem. SOC. Habētne qua- drangulus has omnes quatuor lineas aequales? v. Habet. SOC. An non & istas quae per medium protrahuntur, aequales habet? v. Et istas. SOC. Nonne maior & minor esse potest? v. Po- test. SOC. Si ergo sic hoc latus duorum pedum, & istud quoque duorum, quod pedum totum ipsum erit? Sic autem considera, si latus hoc duorum esse pedum, illud vero vnius, esse ne pluraquam semel duorum pedum hoc spatium? v. Semel. SOC. Quod- niam vero alterum quoque latus duorum pedum esse, num aliud quam bis duorum pedum fiet? v. Illud ipsum. SOC. Duorum ergo bis pedum effectur? v. Ita. SOC. Quotiens sunt bis duo pedes? computat? v. Quatuor. SOC. Et An non fieri potest spatium aliud




corpus in Greco.

aliud ad hoc duplum, habens similiter omnes equales lineas quemadmodum istud habere vides? **PV.** Profus. **so.** Quot pedum erit? **PV.** Octo. **so.** Age iam conare mihi dicere, qualis est qualibet illius lineae huius siquidem duorum pedum, linea verò illius dupli, qualis? **PV.** Parer, o Socrates, esse duplam. **so.** Cernis, o Meno, me nihil ex his docere, sed singulis interrogare? Et nunc ille nosse se putat, qualis ea sit qua spatium octo pedum conficitur. An non tibi videtur? **ME.** Mihi quidem. **so.** Nontigitur. **ME.** Minimè. **so.** Putat autem à dupla. **ME.** Ita. **so.** Aspice dein ceptis hunc per ordinem ut oportet reminiscetem. Tu autem dic, amabo, à dupla linea duplum spatium nasci fateris: tale profectò dico, quod non hac longum, illa breue, sed æquale vndique quemadmodum in istud: duplum verò istius, octo pedum, sed inspicie an tibi adhuc à dupla fieri videatur. **PV.** Mihi planè. **so.** Nónne huius dupla hæc sit, si aliam equalem huic adiciamus? **PV.** Profus. **so.** Ab hac fore dicis octo pedum spatium, si quidem quatuor huic æquales efficiantur? **PV.** Aio. **so.** Describam iterum




igitur ab hac æquales quatuor, aliudne quàm quod octo pedum vocas, suboriatur? **PV.** Hoc ipsum. **so.** Nónne in ipso sunt hæc quatuor, quorum quodlibet istius quadrupedali æquale est? **PV.** Certe. **so.** Quantum itaque sit? an non quater tantum? **PV.** Quidni? **so.** Num duplum est id quod quater tantum? **PV.** Non per locum. **so.** At quotuplum? **PV.** Quadruplum. **so.** A dupla ergo, o Puer, non duplum, sed quadruplum spatium procreatur. **PV.** Vera loqueris. **so.** Quater enim quatuor, sex & decem complent, nõnne? **PV.** Sic est. **so.** Octo pedum autem spatium à qua linea? nõnne ab hac quadrupla? **PV.** Fatcor. **so.** Quartum verò hoc ab hac dimidia? **PV.** Ita. **so.** Age igitur, octo pedum nõnne huius duplum est, illius verò dimidium? **PV.** Imò. **so.** An non erit ergo à maiori linea quam hæc tanta, & à minori quam illa tanta? **PV.** Mihi quidem videtur. **so.** Sic utriusque rectè loqueris: quod enim tibi videtur, id responde, ac mihi dicas, hæcne duorum pedum, illa quatuor? **PV.** Ita. **so.** Oportet itaque octo pedum spatij lineam maiorem esse linea spatij bipedalis, in minore verò quadrupedalis linea. **PV.** Oportet. **so.** Annitertur nobis qualis sit dicas. **PV.** Tripedalis. **so.** Nónne si tripedalis est, dimidium huius assumemus, eritque tripedalis? **PV.** Duo nanque ij, is autem vnus: & hinc eodem modo, duo quidem isti, iste autem vnus: sitque hoc quod ais spatium. **PV.** Ita. **so.** Nónne si hæc trium est, & illa trium, totum utriusque spatium ter trium pedum conficitur? **PV.** Apparet. **so.** Ter verò tres, quorpedes sunt? **PV.** Nouem. **so.** Duplum autem quot pedum esse supra oportuit? **PV.** Octo. **so.** Non ergo à tripedali spatium octo pedum exoritur. **PV.** Non profecto. **so.** A quali igitur conare nobis liquido exprimere: quod



nisi numerare velis, saltem à quali demonstrat. Per locum, o Socrates, haud noui. **so.** Adversus iterum, o Meno, quo sit reminiscendo iam progressus. Nam ab ipso principio disputandi nequam nouerat quæ sit octo pedum spatij linea, quemadmodum nec in præsentia nouit: verum tunc se nosse illam opinabatur, & audacter nimium quasi nosse respondebat, nec deesse sibi quicquam putabat: nunc autem egere se iam existimat, & ut ignorat, sic ignorare fatetur. **ME.** Veritas dicis. **so.** Nónne rectius nunc ad id quod ignorat affectus est? **ME.** Hoc quoque arbitror. **so.** Cum ergo ambigere ipsum compulerim, & piscis illius more stupidum fecerim, num aliquid obuiuit? **ME.** Non, ut mihi videtur. **so.** Operapretium itaque ut videtur, fecimus ad veritatem inueniendam: nunc enim vtote ignorantia suæ conscius liberet & sponte perquireret: at tunc sine controuersia: & sæpe, & aduersus quam plurimos loqui se rectè arbitrabatur, dum spatium duplum, duplam longitudine lineam habere oportere profiteretur. **ME.** Videtur. **so.** Num censet ipsum vnquam dedisse operam, ut id vel inueniret, vel disceret, quod cum ignoraret, nosse rebarur, priusquam in hæc ambiguitatem incidere, quæ & suam ignorantiam depræhendit, & scientiam appetere cepit? **ME.** Nequaquam, o Socrates. **so.** Profuit igitur sibi utrum eiusmodi. **ME.** Videtur. **so.** Considera itaque ex hac ambiguitate, quòd iste vnà mecum inuestigans nihil me docente, sed potius interrogante reperit. Obserua obsecro, diligenter, num hunc docere aut ei demonstrare quicquam videat potius quam eiusmodi opiniones per singula clicere. Tu enim dic, hõcne spatium quadrupedale est? Intellexit? **PV.** Equidem. **so.** Num & hæc aliud æquale isti apponere licet? **PV.** Licet. **so.** Et tertium istud utriusque istorum æquale? **PV.** Et istud. **so.** Nónne hoc quod in angulo est complere licet? **PV.** Profus. **so.** Hæc itaque æqualia spatia quatuor nascerentur? **PV.** Ita. **so.** Totum igitur hoc quotuplum ad istud efficitur? **PV.** Quadruplum. **so.** Oportebat autem duplum nobis contingere, num recordaris? **PV.** Maximè. **so.** Nónne hæc linea ab angulo in angulum aliquem porrecta, in duo utrunque spatium diuidit? **PV.** Ita. **so.** Ergo quatuor hæc lineæ æquales sunt, id spatium comprehedentes? **PV.** Fiunt. **so.** Considera itaque quale est id spatium. **PV.** Haud intelligo. **so.** Nónne cum hæc quatuor sint, dimidium cuiusque, linea quæque lecat intrinsecus? **PV.** Quatuor. **so.** Quot igitur tanta in hoc sunt? **PV.** Quatuor. **so.** Quot autem in isto? **PV.** Duo. **so.** At quatuor ad duo quotupla sunt? **PV.** Dupla. **so.** Hoc itaque quot pedum sit? **PV.** Octo. **so.** A qua potissimum linea? **PV.** Ab hac. **so.** Ab eãne, quæ quatuor pedum est, ab angulo protracta in angulum? **PV.** Ita. **so.** Hanc verò diametrum sophista nuncupant: & si huius nomen est diametrum, à diametro, ut ipse ais, o puer, Menonis duplum spatium nasceretur. **PV.** Profus, o Socrates. **so.** Quid tibi Meno videtur? responditne hic vnquam

vnquam ex alterius quàm sui ipsius opinione? **ME.** Nunquam, sed ex propria semper. **so.** Veritatem eni haud nouit, ut paulo ante confessi sumus. **ME.** Vera loqueris. **so.** Inerant igitur huic opinionibus huiusmodi. **ME.** Inerant. **so.** Huius igitur ignorantio opinionibus de iis quæ ignorat, verè insunt. **ME.** Apparet. **so.** Nunc igitur huic opinionibus tales quasi per somnium fuscitate sunt, quòd si quis interroget hunc talia quædam sæpe & multa, certo scies hunc ista, si quis alius nouit, perfectè cogniturum. **ME.** Videtur. **so.** Nónne igitur nemine profus docente, sed interrogate potius illa sciet ex seipso scientiam ad se reuocans? **ME.** Sic est. **so.** Recupere verò scientiam in seipso, an non reminisci dicitur? **ME.** Profus. **so.** At verò scientiam quam huc nunc habet, aut accipit aliquando, aut semper habuit. **ME.** Verum. **so.** Et si habuit semper, sciens semper extitit: sin quandoque percepit, hac in vita nequaquam. nemo enim hunc geometrica docuit, cum in cæteris omnibus quæcunque vel ad geometriam, vel ad alias disciplinas pertinet, hæc eadè sit facturus. Estne aliquis a quo hic illa omnia didicisse? Verisimile est, te illum cognoscere, præsertim cum penes te & natus & nutritus fuerit. **ME.** Ego verò certus sum quòd hunc quidem nemo docuit vnquam. **so.** Hæcne opinionibus habet? **ME.** Necessarium o Socrates, id apparet. **so.** Sin autem vtote in præsentia vita minime adeptus, haud nouit, patet cum alio quodam in tempore habuisse, atque didicisse. **ME.** Apparet. **so.** An non tempus iam fuit, cum nondum homo hic erat? **ME.** Istiucipsum. **so.** Ergo si quando tempus sit in quo homo non sit, inerant tamen ipsi opinionibus veræ, quæ sciendæ expergefactæ, scientia sunt, certè per omne tempus hæc hominis animus sciet. nam omne per tempus aut est, aut non est homo. **ME.** Videtur. **so.** Nónne igitur ut semper iterum omnium veritas in animo est, immortalis extitit? Quamobrem audacter & magna fiducia oportet, quæ in præsentia minime scis, hoc est minime recordaris, dare operam ut inquiras, & recordaris. **ME.** Bene mihi nescio quomodo o Socrates, loquere videris. **so.** Mihi quoque, o Meno, atque cætera non admodum contendo: quòd autem qui que nesciunt inquirenda putant, meliores arrectioresque, & pigri ad velligandum minus sint, quam qui que nesciunt, etiam non quæri posse putant, isthuc verò & verbis, & si queam, re ipse contendam. **ME.** Hoc quoque rectè dicere videris, o Socrates. **so.** Vis ne igitur postquam confessi sumus ignota perferuari licere, quid virtus sit, communiter velligemus? **ME.** Quàm maximè: gratius tamen mihi esset considerare & audire prius, quod in principio disputationis interrogauit, quomodo virtuti incumbendum sit, velut ei quæ doctrina percipiatur, vel quæ natura potius insit, vel quæ alio quopiam pacto hominibus paratur. **so.** Atqui si tibi, o Meno, quemadmodum mihi ipsi imperarem, haud prius vtrum doceam necne virtus perferuatur emur, quam quid ipsa sit indagassemus. Postquam verò nec te tibi dominari contentis ut liber viuas, ac mihi quoque dominari vis, atque adeò dominari, assentiar ego tibi, quid enim facerem? Videtur igitur considerandum esse, quale sit quòd nondum quid est cognouimus. Attamen paulisper a proposito tuo declina, idque ex suppositione considerare permitte, doctrinane an alio pacto virtus possideatur. Ex concessione au-

tem sic dico, quemadmodum geometria sæpe discutunt, postquam illos quis interrogaui: veluti de circulo, vt, possitne in hoc circulo triquetrum hoc spatium expandi: vbi si quis dixerit, nõdum se nosse an hoc huiusmodi sit, permissionem arbitror talem conducere. Si enim est hoc spatium tale, vt quod ad positam eius lineam protendis, ab eo tanto spacio deficiat, quantum ipsum est protèsum, aliud quiddam euenturum puto: & aliud item, si talia quædam pati queat. Ex permissione igitur disputare decreui de iis quæ contingunt circa expansionem illius in circulum, an fieri possit necne. Sic & nos de virtute, quoniam nec quid, nec quale sit nouimus, permissio hoc, vtrum doceri possit in hunc modum queramus. Si virtus est aliquid eorum quæ circa animum versantur, doceri potest, an non? Principiò qd aliud est quam scientia, num doceri poterit an non vel potius, vt modò diximus, memoria reuocari? nihil referat apud nos, vtro nomine utamur, sed an doceri poterit: an id omnibus manifestum, quòd præter scientiam nihil homo docetur? **ME.** Mihi sanè videtur. **so.** Sin autè scientia quædam virtus est, doctrina percipitur. **ME.** Quidni? **so.** Hoc ergo statim expellimus: nam si talis sit, docetur: si non talis, nequaquam. **ME.** Profus. **so.** Post hæc inuestigandum censeo vtram virtus scientia, aut aliud quiddam sit. **ME.** Mihi quoque idem querendum esse videtur. **so.** An virtutem aliud quàm bonum esse dicimus? & hæc nobis positio stabilis permanet, virtutem scilicet esse bonum. **ME.** Valde. **so.** Si quidem est aliquid seorsum à scientia bonum, nõnne virtus forsitan scientia nulla erit? sin autem nullum bonum est quin scientia comprehédatur, scientiam esse virtutem suspicabimur? **ME.** Sunt hæc veras. **so.** Quin etiam virtute boni sumus? **ME.** Sumus. **so.** Et si boni, viles omnia quippe bona, vilia. **ME.** Sic est. **so.** Ergo & virtus vile quiddam. **ME.** Ex iis que confessi sumus, necessario sequitur. **so.** Consideremus turus in singulis qualia sint que nobis profunt: sanitate & robur, formamque diuitiarum, cæteraque huiusmodi cõferre dicatur? **ME.** Ita. **so.** Eadè hæc aliquando nocere fatemur. An tu aliter sentis? **ME.** Sic certe sentio. **so.** Vide itaque quòd duc hæc obfint, quòque profunt, nõnne cû rectus vnus præ est, iuuant, cõtrà verò nocent? **ME.** Profus. **so.** Præterea quæ circa animum versantur consideremus. Temperantiam aliquid vocas, & iustitiam, & fortitudinem, docilitatemque, & memoriam, magnificentiã, & huiusmodi reliqua omnia? **ME.** Equidem. **so.** Aduersè quæ, quæcunque ex iis scientia nequaquam esse videntur, sed aliud quiddam præter scientiam, nõnne interdù iuuant, interdum lædunt, veluti fortitudo remota prudentia? num fortitudo aliud est quam audacia quædam: cûque ratione quisquam audent iugatur: cû abque ratione læditur? **ME.** Sic est. **so.** Temperantia quòdque docilitas eodem modo, cû ratione quidem percepta atque condita, emolumento sunt, cõtrà autem detrimet to? **ME.** Quàm maximè. **so.** Vt ergo summam dicam, omnes animæ impetus, atque omnes declinationes ducente prudentia ad beatitudinem redunt: imprudentia verò ad contrarium. **ME.** Videtur. **so.** Quapropter si virtus aliquid est eorum quæ cõ-



sistunt in animo, necessarii quoque vtilis est, prudentiam hanc esse oportet: quippe cum omnia quae sunt circa animum, ipsa quidem secundum se ipsa, nec commoda, nec incommoda sint adiuncta vero prudentia, vel imprudentia, statim aut vtilia, aut noxia fiunt. Haec itaque ratione virtutem cum maxime omnium conferat, prudentiam quandam esse constat. *M. E.* Mihi sane videtur. *S. O.* Quinetiam in aliis quae modo dicebamus, opulentiam atque similia tum vtilia esse, tum noxia nonne quemadmodum prudentia ceteris animi virtutibus & officiis praeficiens vtilia reddidit, imprudentia vero contraria, sic & illis animus recte utens atque ducens bona efficit, non recte autem mala. *M. E.* Profus. *S. O.* Recte autem dicitur animus prudens, imprudens vero abducit. *M. E.* Sunt haec vera. *S. O.* Quamobrem omnino asserendum est, cetera quidem humana omnia referri ad animum: quae vero in animo sunt, ad prudentiam, si modo bona futura sunt: eaque ratione prudentia ipsum vtile erit, virtutem vero vtile esse dudum diximus. *M. E.* Omnino. *S. O.* Ergo prudentia virtus est, aut vniuersa, aut pars aliqua virtutis. *M. E.* Recte mihi haec omnia dici videntur. *S. O.* Nonne si haec ita se habent, haud natura boni homines erunt? *M. E.* Haud mihi videntur. *S. O.* Id praeterea contingeret, si natura boni fierent, adflecti profecto nobis qui filios nostros natura bonos dignoscerent, eosque nos illorum indicis selectos in arce quadam conferuaremus, multo magis quam aurum custoditos, ne quis corrumpat, mox ubi adleuerit, viles essent Reipublicae ciues. *M. E.* Consentaneum hoc, o Socrates, *S. O.* Cum vero natura boni minime sint, num forsitan disciplina. *M. E.* Necessarium id apparet. Ac secundum sententiam nostram sequitur, ut si virtus est scientia, doctrina percipiatur. *S. O.* Fortassis Heracles, verocor tamen ne id temere consiliis fuerimus. *M. E.* In superioribus plane id recte dici visum est. *S. O.* At non in praeterito solum, sed in presenti etiam & futuro tempore tale videri debet, si quid in eo syncreti futurum est. *M. E.* Quidnam igitur est quod cum spectas, tibi displicet, ac diffidis, ne virtus scientia non sit? *S. O.* Dicam tibi, o Meno, virtutem quidem doceri posse, si quidem scientia est, nequaquam reicio quasi minus recte sit dictum: quod vero scientia sit, videam non merito diffidam. Age, id mihi responde. Si quid doceri potest, non de virtute solum, sed de quolibet alio loquor, an non illius praecipuos, discipulosque esse aliquos necesse est? *M. E.* Mihi quidem videtur. *S. O.* At contra, cuius nec doctores extant, nec auditores, si id doceri non posse coniciamus, nonne probabiliter coniectabimus? *M. E.* Sic est. sed num virtutis praecipuos nullos esse censet? *S. O.* Sapienter, si qui huius magistri essent omni studio inuestigandi, neque vquam inueni, etiam vna cum ceteris pluribus, atque his, ut videbatur, huius facultatis peritis id quaeritur. Et nunc quidem opportunum, o Meno, ille nobis afficit, quem disputationis huius participem faciamus. Ac merito ad id socium adhibebimus. Est enim diuitem primu & sapiente patre Anthemione natus, qui profecto non casu quodam, aut inuenit opulentus euasit, quem admodum nuper Thebanus Iliemias Polycratis pecunias nactus, sed prudentia vigilanti que sua re auxit. Praeterea nec superbus ciues, neque inhatus aut difficilis, verum modestus, & fugax, facilisque vir extitit. Deinde hunc bene educant eruditique, cuius rei testis est omnis Atheniensis populus, qui ad summum hunc

elegit magistratus. Nam cum viris huiusmodi sint ne virtus magistri aliqui, & qui sint, inuestigare maxime decet. Ergo age, o Anyte, quare mecum vnaque cum hospite tuo Menone, quinam huius rei praecipuos sint, & in hunc modum considera: si vellemus Menonem huc optimum fieri medicum, ad quos potissimum doctores perducere mus? nonne ad medicos? *ANY.* Profus. *S. O.* Et si cerdonem optimum fieri cuperemus, an non ad cerdones? *ANY.* Ita. *S. O.* Et in aliis eodem modo? *ANY.* Omnino. *S. O.* Sic iterum de medicis mihi dicas: cum diximus mittendum hunc esse ad medicos, si medicum fore velimus, an non id sentiebamus, ut filii debeant apud eos duntaxat, qui artem illam proficentur, ac mercedem pro eo palam ab auditoribus capiunt, hoc ipso se esse qui volentes docere possint ostendentes, nonne huius ratio habenda est, si modo illum praeferat locaturus simus? *ANY.* Sic est. *S. O.* Et de tibiarum cantu, ac ceteris omnibus similiter iudicandum. Neque enim medicis inficitia esset, dum studeremus quempiam tibicinem fieri, commendare illi nolle qui facultatem hanc pollicentur, mercedemque recipient, sed hoc onus illi imponere, qui neque se magistrum proficentur, neque habent vllam in hac arte discipulum, qua instrui hunc quem mittimus, desideramus. An non isthuc tibi valde absurdum videtur? *ANY.* Per Iouem non modo absurdum, verum etiam inficitia quadam. *S. O.* Probe loqueris. Nunc itaque licet tibi committere vna mecum de hoc hospite tuo Menone deliberare, hic enim, o Anyte, iam pridem mihi dixit, se hanc sapientiam virtutemque appetere, qua ciuitates docere volenti semper exponit, huius disciplinae praecipuum pretium capientes? *ANY.* At quos dicit, o Socrates? *S. O.* Nolli credo & ipse hos esse qui publice sophistae vocantur. *ANY.* O Hercules! bona verba quae, o Socrates. Absit ut quisquam vel cognatorum, vel familiarium, vel amicorum, vel ciuim, vel hospitem, in tantam infamiam incidat, ut istis adhaerens, per di se patiarur: conum quippe consuetudo certa illorum qui sectatur, pestis est. *S. O.* Cur ita dicit Anytenuum? *ANY.* Ipsi ex omni hominum genere cum professe hominum proficentur, adeo ceteris deterioribus sunt, ut non modo non inuenit, quem admodum alij, quod ipsis traditum sit, verum contra corrumpant, atque huius gratia vulgo mercedem exigant? Equidem non video qua ratione fidem tibi adhibeam. Noui enim virum vnum Protogoram, qui plures ob hanc sapientiam pecunias cumulauit, quam aut Phidias ille, cuius tam conspicua pulchraque opera extant, aut decem alij sculptores. At qui absurdum sit, si qui caecos veteres consunt, velle tunc refarciant, latere non possunt dies triginta, si vestes calcosue reliquiant deterioribus redditos: sed si talia faceret, breui fame perirent. Protogoras autem annos plurimum quadraginta cum id nemo in Graecia vniuersa animaduertit, et famulantes suos peruenit, deteriorisque quam acciperet reddidit. Nam reor illam vita decessisse, natum annos penes septuaginta: quadraginta vero in hac arte versatum, ac per omne illud tempus vsque in haec die

clar

clarus extitit: neque Protogoras tantum, sed alij quoque permulti partim priores illo, partim etiam nunc vitam agentes. Vtrum enim iuxta sententiam tuam dicemus eos scientes praedictae decipere, & ledere iuuenes conari: an seipso quoque fallunt, & insaniare illos ex eo dicemus, quia nonnulli sunt qui sapientissimos eos esse mortalium dicunt? *ANY.* Longe abest ut insani dicantur, o Socrates: sed multo magis iuuenes qui illis argentum tradunt. Atque his etiam deterioribus sunt, si qui illos quorum ad se cura pertinet, iis committant. Omnium postremo infamissimae sunt ciuitates quae illos recipiunt, neque expellunt, seu aduena, seu cuius talem rem conetur. *S. O.* Num aliquis te sophistarum, o Anyte, iniuria inquam affecit: vel quid illis ita succenset? *ANY.* Nulli mihi inquam cum aliquo illorum consuetudo fuit, neque meorum aliquem illis vti permitterem. *S. O.* Nunquam ergo illorum mores vlli permitterem. *S. O.* Vtinam vero ne experias. *S. O.* Quina ratione, o diuine vir, dignosces bonum in eum malum sit, cuius nullum fecisti periculum? *ANY.* Liquido istos noui quales sunt: siue expertus sim, siue no. *S. O.* Vates forsita es, o Anyte hoc enim te alia ratione nouisse, ex his quae modo dixisti, mihi sit. Verum non quales sint ij, ad quos profectus Meno scelcratus euadat, querimus: hi naque, si vis, sophistae sint. Sed opem patrio feras amico: ostendatque cuiquam adhaerens eorum qui tam amplam urbem colunt, eam quam narrauimus virtutem adipiscatur. *ANY.* Cur ipse non indicat? *S. O.* At quos ego horum magistrus existimaueram, in medium iam produxi: verum iuxta sententiam tuam nihil omnino profeci. *ANY.* Forte vera loqueris. *S. O.* Itaque tu quoque iam partem tuam huius muneris exple. Ostendat quem Atheniensium proficiscatur, profer cuiuscunque vis nomen. *ANY.* Quid opus est hominis vnius nomen audire: quem cumque Atheniensem nactus fuerit ex bonis claris, hominibus melior illius familiaritate, si modo paruerit, euadet qua consuetudine sophistarum. *S. O.* Verum vero ij praecleari bonique viri ex seipsis nullo influente, tales effecti sunt, eaque docere ceteros possunt, ipsi licet nullo didicerint? *ANY.* Ab antiquioribus viris praeclearis atque bonis percipisse arbitror. An non tibi videntur in hac ciuitate multi insignes & optimi homines extitisse? *S. O.* Mihi quidem, o Anyte, esse hic viros ciuili administrationis peritos, nec pauiores olim fuisse videtur. Sed nunc praecipuos idonei virtutis illius suae fuerit: hoc enim est de quo nunc differunt, non vtrum sint aut fuerint hic viri boni, sed vtrum virtus doceri possit: & ob hoc vtrum viri boni siue veteres illi, siue qui nunc videntur, virtutem eam qua praedicti quique sunt, ipsi tradere alteri norint: an forte, nec tradi alteri, nec recipi virtus possit. Id inquam est, quod dudum ego ac Meno inquirimus. Sic autem ex ipsa tua oratione re considerato. Num Themistoclem virum bonum fuisse fatens? *ANY.* Maxime omnium. *S. O.* Et praecipuum virtutis suae bonum, si quis omnino virtutis magister fuit, Themistoclem extitisse? *ANY.* Reor equidem, dum modo voluisset. *S. O.* Num censet ipsum noluisse alios quoque bonos fieri: solum suum praefertim? an putas inuidisse filio, & de indultura virtutem partem minime communicasse? Audisti quod Themistocles filium Cleophantum in equestri facultate strenuum reddidit, adeo ut equis ille redus insisteret, redusque ex equo iacularetur, ceteraque permulta stupenda faceret, in quibus illum diligenter parens erudi-

uit, sapientemque in singulis quae praecipuorum virtutis principia sint, reddidit: an non haec a maioribus natu accepisti? *ANY.* Accepi. *S. O.* Memo igitur naturam filij vixote malam culpauerit. *ANY.* Nemo arbitror. *S. O.* Quid vero ad hoc: quid sit ab aliquo seniore aut iuniore, Cleophantum Themistocles filium, bonum ac sapientem in quibus pater fuerat, extitisse? *ANY.* Nunquam. *S. O.* Num Themistoclem arbitramur alienis artibus imbueri filium voluisse, paterna vero virtute nihilo vicinis suis praestantiorum reddere curauisse, siquidem doceri virtus vltimo pacto posset? *ANY.* Fortassis per Iouem minime. *S. O.* Talis igitur hic virtutis magister fuit, quem ipse vnum ex antiquis optimum adferat. Consideremus iam & alium, Aristidem Lyfimachi filium. nonne hunc quoque bonum fuisse censet? *ANY.* Et maxime quidem. *S. O.* An non & iste filium suum Lyfimachum in omnibus quae praecipuorum virtutis optime Atheniensium omnium eruditum euadere cum voluisset, nunc quoquam alio meliorem fecit: hunc etenim allocutus es, & qualis sit, optime nolli. Praeterea si vis Periclem virum magnopere sapientem, considera: duos hic, quod te minime praeterit, filios educavit, Paralum & Xanthippum. *ANY.* Noui equidem. *S. O.* Hos vt nolli, tum arte equestri, & musica, tum etiam athleticis praeceteris Atheniensibus instruxit. Ac denique in nullo eorum quae arte percipiuntur, inferiores aliis esse voluit, boni autem vt euaderent, an cupiebat? cupiuisse quidem existimo, sed id doceri minime potuisse. Ne autem paucos putes quosdam ignobilissimosque Atheniensium ad assequi non potuisse, Thucydidem videtis: duos hic filios Melitiam atque Stephanum educavit, quos & cetera diligenter edocuit. *S. O.* & palestram in primis, vt in ea Atheniensis reliquos facile superaret: vnum quidem Xanthiam, Eudoro alterum commendans: atque hi quidem palestra ceteris omnibus illis temporibus praecellere putabantur. nonne meministi? *ANY.* Audiui equidem. *S. O.* Neque vero iste quum summo maximo disceretur, filios callere voluerit, virtutem solam quam absque pecuniis tradere potuit, si modo doceri potuisset, doceri noluisse putamus. An fortiter Thucydides ignobilis vir erat, nec amicos plurimos tam ciues quam commilitones & socios habebat? *M. E.* & ampla familia ortus, & summam quidem autoritatis tum apud concius suos, tum etiam apud omnes ceteros Graecos erat. Ideoque si per doctrinam comparari bonitas potuisset, inuenisset salutem, vel ciuem alique, vel peregrinum, qui filios eius bonos effecisset, si ipsi ad id docendum a republicae negotiis otium decrat. Sed vide, o amice Anyte, ne forte virtus doceri nequeat. *ANY.* O Socrates, liberius quam decet, homines mihi vituperare vide ris. Itaque tibi consulo, si modo parere vis, ut tibi caueas: forte enim alia in vrbe leue est, vel iniuria, vel beneficium ciues afficere, in hac autem graue nimium ac periculolum. neque id te fugere arbitror. *S. O.* O Meno, Anytus huc succensere mihi videtur, neque id miror: primum quia hos me viros vituperare cen set, deinde te vnum ex iis arbitratum. Vt videri hic si quando didicent quid sit hominibus detrudere, haud vltimus succensere, in presentia vero ignorat. At ipse mihi dicas vtrum apud nos clarus, ac boni viri sint. *M. E.* Sunt certe. *S. O.* Voluntne isti iuuenibus seipso praecipuos exponere? atque id proficere vel virtutem doceri posse fatentur? *M. E.* Non per Iouem, o Socrates, sed nunc ab illis doceri

b 3 posse

